

G A Z A.

Fluida elastica, aëra.

G A Z O X Y G E N I U M .

Oxygenium principio calorico unitum.

S Y N . *Aërvitalis s. purus, s. dephlogisticatus.*

Atmosphæra constat hujus gazis part. 27,
et gazis azotici part. 73.

*. Oxydi manganesii nigri quantum placet.

Expone in retorta vitrea igni ut humi-
dum æque ac aër atmosphericus ei adhæ-
rens abigantur; dein collum retortæ cum
excipulo amplo aut camera plumbo obducta
luto sollicite junge, et ignem gradatim auge
ut massa incandescat. Camera aëre atmos-
phærico antlia pneumatica prævie evacuetur,
vel initio operationis per aliquot temporis
spatium aëri exitus permittatur.

U S U S hujus gazis pulmonibus inflati : As-
phyxia suspensorum, submersorum et vapo-
re carbonum aut alio fluido elastico nocivo
vita apparenter privatorum. — Inspiratio
hujus gazis nuper etiam laudata fuit in asth-
mate aliisve morbis pulmonum atonicis.

G A Z A Z O T I C U M s. N I T R O G E N I U M .

Azotum principio calorico junctum.

GAZ AZOTICUM s. NITROGENIUM.

Azotum principio calorico junctum.

GAZ AZOTICUM OXYGENATUM.

Obtinetur exponendo igni in vase vitro
Nitratem ammoniacæ.

VIRTUS : Exhilarans, actionem systematis
muscularis augens.

Usus inspirando : Asthenia muscularis; pa-
ralysis; asthma?

GAZ HYDROGENIUM.

Hydrogenium principio calorico junctum.

SYN. *Aer inflammabilis*; *gaz inflammabile*.

**GAZ HYDROGENIUM SULFU-
RATUM.**

Gaz hydrogenium portionem sulphuris so-
lutam tenens.

SYN. *Aer hepaticus*.

Obtinetur decompositione aquæ mediante
sulfureto alcalino aut calcareo.

**Usus ad aquas minerales sulfuratas arte pa-
randas.**

*

GAZ HYDROGENIUM CARBONATUM s. HYDRO-CARBONATUM.

Gaz hydrogenium portionem carbonis solutam tenens.

Obtinetur instillando aquam in carbones ardentes vase clauso in apparatu proprio ab amico meo J. WATT invento et descripto. (Vide *Supplement to the Description of a pneumatic apparatus. Birmingham, 1796.*)

Usus moderatus et cautus inspiratione:

Hæmoptysis; tabes pulmonalis ulcerosa; catarrhus; tussis ab acri; pneumonitis.

N.B. Incaute aut diutius inspirando, apoplexiā et mortem inducit.

GAZ ACIDUM CARBONICUM.

Acidum carbonicum calorico unitum.

SYN. *Aér fixus; acidum aëreum.* BERGM.

Aér mephiticus, Mofetta quorundam,

Vide ACIDUM CARBONICUM.

Usus: Ad aquas minerales acidulas, acidulo-alcalinas et acidulo-ferrugineas parandas.— Item ad alcalia hoc acido saturanda,